

tet posse uiuere.

Quod etiam in secula hoc reputo miserrimum sentire ea etate esse odiosum se alteri iocundum potius quam odiosum.

Quid est enim iocundius senectute stipata studiis iuuentutis.

Libidinosa et eorum et intemperata adolescentia: effectum corpus tradit senectuti.

Nullam capitaliorem pestem: quam corporis uoluptate hominibus dicebat a natura data Architas Tarentinus.

Auaritia uero semilis quid sibi uelit non intelligo. Potest enim quicquam esse absurdius quam quominus uie restat: eo plus uatici querere.

Mens et eorum ratio et consilium in senibus est: quod si nulli fuissent: nulle omnino ciuitates fuissent.

Scipio omni etati mortem esse commune: At sperat adolescens diu se uicturum quod sperat idem senex non potest: insipienter sperat.

Quid enim est stulcius quam incerta pro certis habere ac falsa pro ueris.

Senex ne quid speret habet quidem: At est eo meliore conditione quam adolescens: cum id quod sperat ille: hic assecutus est.